



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Vita Beati P. Philippi Nerii Florentini. Congregationis
Oratorii Fvndatoris**

Gallonio, Antonio

Mogvntiæ, 1602

Occultum cuiusdam cogitatum diuintus videt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43172

Christi
1591.

Greg. XI V. Pap.
I.

Ætatis
77

359

gloria, cuius vehementer cupidus
erat, assiduè cogitabat.

Hæc de rebus à B. Philippo ge-
stis Gregorio XIII. Iam de ijs, quæ
ab eodem facta sunt Innocentio
IX. qui Pontifex creatus iiiij. kal.
Nouembr. anno millesimo quin-
gentesimo nonagesimo primo sedit
mensis duos.

Iesu Christi anno Innocen. IX. Pap. anno Ætatis anno
1591 1 77

*Occultum cuiusdam cogitatum diuin-
tus videt.*

IN exitu huius anni millesimi
quingentesimi nonagesimi primi
quidā, cui Matthēo Guerrē nomen,
Romā venerat (eratis eximia erga
Deum pietate) hospitio exceptus
fuit à nostris, Philippo ad confessio-
nes vtebatur: de eius enim sacerdicio
magna & fama, & auditione ac-
cepérat; illud autē interim contigit:
erant vesperi apud B. Patrē viri ali-
quot nobiles, ac primarij; hos cum

*Hanc rem
ipsem et sa-
cramenta
exposuit.*

*Similia
habes ac-
pud Cyril-
lum in s.
Saba Ab-
bate leges se-
libet, epe-
stolam*

Vitæ lib. 2.

Z 4

ille,

S. Greg.
Nazian-
zeni qua-
dragesimā
sextam ad
Amphilo-
ebium.

ille, qua erat animi comitate, more
suo festiuè, & vrbane tractaret, vna-
que cum ipsis modestè etiam quan-
doque subrideret; passus est ex his
hospes nescio quam animi offensi-
nem, dicebatque secum ipse; hic si
ea esset sanctimonia, qua dicitur, ali-
ter vitam ac facit, institueret, vicio
dans quod virtuti tribuebant alij.

Interim cum iam dilucesceret, B.
virum adit, delictaque confiteri ag-
gressus, quod de eo vesperi secum
agitārat, silentio transmittit: intue-
tur hominem Philippus, ipsumq; ne-
llum in confessionibus faciendis
delictum reticeat, et si leue sibi vi-
deatur, admonet: quibus dictis, Tu-
umerat, adiecit, quam de me heri
vesperi offensionem habuisti, ape-
rire, eique rem totam disertè expli-
cuit: stetit ille his auditis stupore
defixus: cogitatum aperit, con-
fessionem peragit, culpæ
veniam petit.

Visio-